



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Opvs De Iudiciis Divinis, Qvae Devs In Hoc Mvndo Exercet

Accessit index concionatorius in omnes totius anni dies Dominicos &
Festos, ab ipso Auctore confectus

Stengel, Georg

Ingolstadii, 1651

16. An & cur innocentes Deus sinat à malis spiritibus insideri?

urn:nbn:de:hbz:466:1-45686

igitur meretur diabolum punientem, ut impij isti jam eum tor-
torem incipiant pati, quem in inferno æternum sustinebunt
punitorem. Denique quid homines queruntur, se permitti à
Deo diaboli potestati, vel sanctis se vindicantibus, vel parenti-
bus imprecantibus; cum toties ipsi sibi diabolum imprecen-
tur? Nonnè digni sunt, ut exaudiantur, & monstruè optan-
tes monstra fiant? ó si homines agnoscerent, quantum sit
malum à diabolo possideri, & multò magis, ab illo in infernū
abripī; utique sibi ipsis non imprecarentur, ab hoc tam crudeli
hospite possideri; neque iurando tam temerè dicerent: *Diabo-
lus me rapiat; Mille diaboli me lacerent; Mille diaboli me auferant,
si hoc, vel illud feci.* Fecerunt, & audent iurare? Veniret pro-
fus in exitium humanum tam audis hostis, nisi diuinæ boni-
tatis immensitas eupientem toties prohiberet. Quæ proinde
potiùs admiranda est, quòd non sæpius faciat potestatem dia-
bolis in homines insiliendi; quàm quòd tam rarò in sceleratif-
simos, & omni supplicio dignissimos eos immittat.

XVI.

Illa itaque maior potest esse quæstio, cur aliqui absque
vlla sua culpa sinantur à cacodæmone vexari? Nam & tales à
malo spiritu subinde inuadi, cum experientia docet D. Augu-
stinus his verbis: *Græue iugum filios Adam à die exitus de ventre
matris eorum, usq; in diem sepulturae & matrem omnium, usque
ad eò impleri est necesse; ut ipsi paruuli per lauacrum regenerationis
ab originali peccato, quo solum tenebantur vinculo, iam soluti, mul-
ta patientes nonnulli incurfiones Spirituum malignorum patiantur?*
Habentur huius generis quàm plurima exempla. Sufficit illud,
quod Marcus recenset, de eo qui dixit: *Magister attuli filium
meum ad te habentem spiritum mutum: qui, ubicunq; eum appre-
benderit, allidit illum, & spiritat, & fridet dentibus, & arefcit:
& dixi discipulis tuis, ut eycerent illum, & non potuerunt &c.* Et
interrogauit Christus: *Quantum temporis ex quo ei accidit? At
ille ait. Ab infantia.* Itaq; ab infantia nonnullis hoc accidit, &
contra scripturam negari non potest. Cur igitur innocentes,
& qui peccare nondum possunt, permittit torqueri Deus? Ut
varia sunt causæ, ita quoque varia possunt dari responsiones.
Quærit, & respondet D. Hieronymus in hunc modum:

S. Hieron. ep.
ad Paulam

Quæ

Qua causa est, ut saepe bimuli, trimulie & ubera materna lactentes, à dæmonio corripantur? Inuisibilia hæc, inscribibili Altissimi indicio sunt relinquenda. 2. Et si de eo, quod plerumque fit, loquens, S. Augustinus dicit: Potestas inimica vincit aut subiugat neminem, nisi societate peccati; potest tamen ea potestas etiam ob alienam culpam concedi. Cum enim in bonis, quæ quis possidet, queat puniri, possunt etiam ipsi homines nonnulli aliorum bona censerì, ut sunt serui dominorum, filij parentum. *Ego sem Dominus Deus tuus fortis, zelotes, visitans iniquitatem patrum in filios, in tertiam & quartam generationem eorum, qui oderunt me.* Quanta sunt sæpe parentum scelera, quorum castigatio in filiis, quid mirum est, si cernatur? 3. Num Deus iniustus fuit, quando permittit à dæmone Iobum cædi? At Iob vir rectus & innocens fuit? Sic magnæ immo maioris præbuit patientiæ exemplum. Ob eandem causam potest diuina providentia permittere, ut alij penitus à dæmone infideantur. 4. Potest etiam hæc plaga scutum esse contra peccatum: quamobrem refert Sulpitius, Eremitam quendam à Deo postulasse, & impetrasse, ut per menses aliquot eius corpus ab inhabitante dæmonio affligeretur, ob periculum peccati superbiæ. *Cognovit profecto vir pius, addit Thyraus, non semper præteritis & commissis peccatis tribui dæmonum torturam, sed quandoque admitti, ne in peccata homines incidant, Deumq; offendant.* 5. Faciunt huc etiam reliquæ diuinæ providentiæ causæ, de agnitione spirituum, & infernalium tormentorum; de peccati detectione, quæ inde hauriri potest. Quibus adde, hinc multos sanctos innotuisse, qui potestate diuinitus accepta dæmones eiecerunt; hinc Euangelium fuisse confirmatum; hinc crucis formandæ vim intellectam; hinc usum aquæ benedictæ approbatum; hinc sacramentorum baptismi, confessionis, & Eucharistiæ virtutem illustratam; quibus omnibus prædictus author, alijque scriptores, dæmonem celsisse docuerunt. Esto igitur faciat ex obsessis monstra monstrosus ille habitator, non facit id, sine iusti Dei permisso, non sine providentia, non sine causa, non sine mille emolumentis.

de dormit.
Blefilla.
S. Augustin.
lib. 10. de ci-
uit. c. 22.

Exod. 20 4

Salpit. in vita
S. Martini
dial. 1.
Petr. Thyrae.
p. 2. de dæ-
mon. c. 31.

Hoc pacto consolatus est S. Cuthbertus præfectum Egfridi

XVII

PPPPP 2

fridi